

TIBERIO *Imperatoribus* magnam e *gente Iudaica* LIBERTINORVM copiam esse complexam; cum TACITVM aa) nobiscum consentientem habeamus, LIBERTINOS ditiores aliis ROMAE uiuentibus populis fuisse; cum nobis fatis ex IOSEPHO bb) constet maximam *Iudaeorum* partem ALEXANDRIAM incoluisse, et magnum urbis CYRENES incolarum numerum *Iudaeis* esse impletum DIO CASSIUS cc) et EVSEBIUS PAMPHILVS dd) memoriae prodiderint; cum insignia decreta *Imperatorum* erga *Iudaeos* gratiosissimorum pecuniam colligendi, et Hierosolyman mittendi a IOSEPHO ee) relata legamus;

B. 3.

quid

aa) Annalium Lib. XIV. cap. 55. §. 5. ibi NERO in Oratione ad SENECAM dicit: *pu det referre Libertinos, qui ditiores uidentur.* coll. Lib. XII. cap. 53. §. 4. *et fixum est, inquit TACITVS, aere publico Senatus consultum, quo Libertinus Sestertii ter millies possessor antiquae parcimoniae laudibus cumulabatur.*

bb) l.c. p. 585. IOSEPHVS sequentia de *Iudaeis* refert: *ἐκ ὀλίγοι δε ἕδε των ἀλλων Ιυδαων ἐκστως εἰς την Αιγυπτον παραγειοντο, τοτε ἀρετης των τοπων αὐτης, και της τῆ Πτολεμαῖα Φιλοτιμιας προσκαλυμενης.*

cc) euoluatur IOANNIS XIPHILINI epitome e DIONIS CASSII Historia Romana, ubi in uita Traiani Imperatoris pag. 254. de *Iudaeis Cyrenensibus* relatum legimus: *Και ἐν τῆτω οἱ κατα Κυρηνην Ιυδαιοι Ανδριαν τινα προσησαμενοι, σφων της τε Ρωμιας και της Ελληνιας ἐφθειρον, και τας τε σαρκας αὐτων ἐσιτομυτο, και τα ἐντερα ἀνεδομυτο, τῶ τε αἵματι ἤλειφοντο, και τα ἀπολεμματα ἐνεδυοντο.*

dd) in Hist. Eccles. Lib. IV. Cap. 2. p. 115. *ἐντε γαρ Αλεξανδρεια, inquit EVSEBIUS, και τη λοιπη Αιγυπτῶ, και προσετι κατα Κυρηνην, ὡσπερ ὑπο πνευματος δεινῆ τινος και σασιωδῆς ἀναρριπιοθεντες, Ιυδαιοι ὠρμηνητο προς της συνοικιας Ελληνιας σασιαζειν.*

ee) conferatur hac de re IOSEPHI Lib. Ant. XIV. cap. X. ibi praeter honorem *Iudaeis* a Romanis et aliis populis exhibitum, etiam ea decreta recenset auctor quibus illis pecuniam colligere licitum fuit, u. g. p. 705. Decr. VIII. et 708. Dec. XII. pag 714. Decr. XXIII. ut taceam reliqua. Conferatur cum hoc testimonium illud PHILONIS l. c. p. 1036, ubi C. Norbani Flacci Pro-